



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**IVRIS CANONICI|| SEV PONTIFICII|| PARTITIONES,||**

**Grégoire, Pierre**

**[Frankfurt], 1595**

**VD16 G 2996**

3 De rerum diuisione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63677)

b *can. erit autem lex. §. fin. cum seq. 4. dist. A*  
 c. 1. & *cap. ne inuitaris, de constitutio. can.*  
*si quis suadente diabolo. §. committunt. 17.*  
*qua. 4. l. 2. C. de crimin. sacrileg. l. minime.*  
 23. *de legib. P. exemplum pone in pœnitentia.*  
*cap. omnis viriisque sexus, de pœnitentius,*  
*in blasphemia. in cap. statuiamus, de maledic.*  
*in materia iuramenti, cap. cum contingat,*  
*de iureiurando. cap. licet, & ca. 1. eod. tit. in Sext. & in aliis qua fauorem*  
*animæ respiciunt, & causam peccati, c. nouit,*  
*de ind. can. nos inter, de purg. can. cum similib.*

## CAPVT. XVIII.

## Finis iuris.

**F**inis vltimus iuris Pontificii, est dirigere animas ad Deum. *a* Ad eum finem curat emendari vitia, & bene viuendi regulas præscribit, *b* disciplinam Ecclesiasticam instituit, conseruat, *c* audaciam humanam coercet, vt tuta sit bonorum innocentia, *d* finem litibus imponit, *e* fraudibus occurrit, *f* præcipit faciendâ, prohibet mala & illicita, permittit interdum quædam, ne deteriora sequantur. *g* Et in summa, docet, honeste viuere, alterum non lædere, ius suū cuique tribuere: quæ sunt iuris tria præcepta præcipua. *b*

## SCHOLIA.

- a* *Gloss. ad can. cum contingat, de iureiur. ca. D*  
*vt animarum. de constitut. 25. in Sex. in*  
*procem. Decretal.*  
*b* *Can. prodest. quaestione quinta.*  
*c* *ca. ca. & ca. regula 3. d. ca. facta sunt au-*  
*tem leges. 4. d.*  
*d* *can. 1. & 2. & can. facta. 4. d. cap. non fru-*  
*stra. 23. q. 5.*  
*e* *cap. finem libulus, de dolo & contumac.*  
*titulo de prescrip. l. 1. C. de nouo co. facien.*  
*cum similib.*  
*f* *Vide c. quia propter, de electionib.*  
*g* *c. priuileg. §. f. & c. fin. 3. dist. l. 1. & l. legis*  
*virtut. 7. de le.*  
*h* *c. 1. vers. ideoque. in Procem. Decret. §. iu-*  
*ris præcepta. de insti. & iur. l. iustitia. 10.*

*c. iuris præcepta, eo titul. in P. officior. &*  
*3. de sinib. nos de his præceptis. etiam libr.*  
*2. præludiorum.*

## CAPVT IX.

## I Materia iuris pontificii.

**O**mne ius † quo vtimur, vel ad res, vel ad personas, vel ad actiones, siue actus earum pertinet. Agamus primum igitur de rebus.

## SCHOLIA.

*a* *In lege 1. de statu hominum. §. final. de iure*  
*natural. gent. & ciuil.*

DE REBUS ET EARVM  
Diuisione.

## \* TIT. II.

*a* *Agitur de Rerum diuisione. libr. 2. Iuris ciuilis.*  
*tit. 2. libr. 1. P. tit. 8.*

## CAP. I.

## Appellatio rei quid contineat.

**R**Ei appellatio, quæ in patrimonio nostro, & quæ extra sunt, continet iura & causas. *b*

## CAPVT II.

*I* *Diuisio rerum prima in corporales & in-*  
*corporales. 2. Et qua sint. 3. Quomodo*  
*distinguantur. 4. Materia & forma quid.*  
*5. Corpora simplicia & composita. 6. Res*  
*mobiles, immobiles, & se mouentes.*

**R**erum diuisio † vna generalis, vt alia *1*  
 corporales, alia sint incorporales: *c*  
 illæ sunt, istæ esse intelliguntur. *d*

Corporales sunt, † quæ sui natura tan- *2*  
 gi possunt, quamuis actu interdum non  
 tangantur, veluti, fundus, homo, vestis,  
 & similia, quæ constant dimensionibus,  
 & longitudine, & profunditate. Visibiles  
 sunt corporales, inuisibiles incorporales,  
 quas intelligibiles dixit Plato. *f* Incorporales *g*  
 quæ tangi non possunt, qualia sunt,  
 quæ in iure consistunt, vt hæreditas, *b* vsus-  
 fructus, *i* obligationes, *k* & similia.

3 Res corporales, † per exteriores terminos, & sensibus comprehenduntur: Incorporales, intimis proprietatibus, mente & intelligentia discernuntur.

4 Vtrisque materia & forma, † sed magis proprie corporalibus. Materia, id est, ex quo aliquid fit: *m* forma, transmutationum causa & effectrix, *n* quæue distinguit res luce sua.

5 Corporum rursus, † alia simplicia, alia composita. Inter corpora simplicia, Physiici annumerant, elementa pura, terram, ærem, aquam, ignem, & corpus æthereum. Composita dicuntur, mixta ex simplicibus elementis prædictis, vel compacta ex elementatis. Faciuntque iuris vtriusque nomothetæ, ad faciliorem rerum distinctionem duas compositiones corporum, physicam seu naturalem, & artificialem. Physica sunt, cum continentur vno spiritu, seu admixtione vnius nominis, vt lapis, homo, & sic de similibus. Artificialia quando distantia natura, inter se cohærent, vt ædificium, nauis, & similia, vel quando distantia non cohærent, sed congregata vnum nomen fortiuntur tertium, vt in grege, populo, & collegio, *o* & capitulo, & similibus liquet.

6 Subdistinguemus iterum † res corporales, in mobiles, se mouentes, & immobiles. *p* Mobiles per se non mouentur, nisi per aliud, vt lapis. Se mouentes per se mouentur, vt animal. Immobiles nec per se, nec per aliud moueri possunt, vt res soli, & quæ solo immobiliter adhærent, *q* vel destinantur: vt mancipia rustica, coloni, *r* qui pars fundi censentur.

7 Fructus etiam † quandiu non fuerint a solo separati, *s* nam separati inter mobilia, annumerari par est. *v* Annumerantur & inter immobilia, census perpetui, annonæ ciuiles, *x* quæ exemplo rerum immobilium Ecclesiasticarum alienari vetantur sine solemnitatibus, *y* quæ & est inter alias *z* insignis inter mobilia & immobilia differentia.

## S C H O L I A,

- a *l. rei appellatio. §. de verb. signific.*  
 b *l. rei appellatio, de verborum significat. in l. verbis 120. eod. tit. P. l. i. §. 1. de reb. cred. lib. 1. P. tit. 1.*  
 c *Caius l. 1. §. quadam, de rer. diuis. libr. 1. P. tit. 8. §. 1. 2. 3. eod. tit. apud Iustin.*  
 d *De hac rerum diuisione Cicero in Topiciis.*  
 e *Vt Caius d. l. 1. de rerum diuis.*  
 f *Plato 6. de republ. & in Phædone.*  
 g *Iam dicta lege prima, §. quadam.*  
 h *leg. 50. de petitio. hered. P.*  
 i *l. 1. & 2. de usufruct.*  
 k *§. 1. de obligat.*  
 l *Plotinus lib. 4. Enneadis Sextæ c. 11.*  
 m *l. adeo §. cum in suo, de acquir. rerum domin. P.*  
 n *dicta l. adeo §. infulam, de acquir. rer. l. Iulianus. §. si quis rem, ad exhib.*  
 o *rerum mixtura 30. de usufruct. libr. 41. P. tit. 3. vide quæ dixi libro 1. Syntag. iuris. cap. 8.*  
 p *l. a dno Pio. §. in condemnatione, de re iudica. P. l. mouentium, de verborum significatione.*  
 q *l. 1. & 3. de acquir. poss. vide l. fundi. 18. §. Labeo. l. granaria. 19. de actio. emt. P. & quæ diximus. libr. 1. Syntag. cap. 9. numer. 6.*  
 r *§. vult enim, de non alienan. reb. Eccles. in authent. l. 1. & leg. quemadmodum. 7. leg. colonos. in 1. de agricol. & censu. libr. 11. C. tit. 47. l. si quis inquilinos, 145. de legat. primo. P.*  
 s *l. 3. de diuers. & tempora. præscri. d. l. colonos. in leg. originarios, de agricol. & censu. libr. 11.*  
 t *leg. fructus 44. de rei vindic. libr. 6. P. tit. l. si furi. & l. arboribus. §. Iulianus. de usufruct. libr. 7. P. tit. 1.*  
 v *l. fin. de requir. reis. lib. 48. P. tit. 17.*  
 x *§. vult igitur, de non alienan. reb. Eccles. in authent. l. fin. §. præterea. C. de iure dot. leg. iubemus. c. de sacrosanct. Eccles. Clemens. exius. §. cumque, de verborum significatione. vi.*

cat. vide Alciatum ad leg. mouentium, A

de verb. sign.   
 1 *dict. §. vult igitur. Et dict. l. inbemus nul-  
 li, Et aut hoc susporrectum, de sacrosanct.  
 Eccles. Et c. quarelam. tit. de rebus Eccles.  
 non alienan.*

2 *Differentias damus libro primo Syntagm.  
 iuris vniuers. cap. 9. Et 10. nu. 7.*

## CAPVT III.

2 *Res aut diuini Et humani iuris.*

2 *Quid diuini.*

3 *Quid sacra.*

4 *Quid religiosa.*

5 *Quid sancta.*

1 **R**etum corporaliū ⁊ incorporalium generalis alia diuisio a dominio earum videtur concepta, vt quædam sint Diuini, quædam Humani iuris.

2 Diuini iuris sunt, ⁊ quæ in nullius viuentis humanis bonis existunt, b sed ad diuinam causam pertinent. ⁊ istarū, quædam proprie diuini iuris, vt sacra ⁊ religiosa: quædam quodammodo diuini iuris, vt sancta.

3 Sacra res sunt, ⁊ quæ rite per pontifices Deo consecrata sunt. c Et quæcunque veniunt sub nomine, vel ratione iustitiæ, vel religionis, sacra ⁊ sacrosancta dici possunt, vt leges sacra, sacri affatus, ⁊ similia. d

4 Religiosa res, ⁊ generaliter, quæ ad fidem orthodoxam, ⁊ diuinum metum, sanamve ⁊ secundum Deum conscientiam, pertinere videntur: cum religio sit ipsa fides, ⁊ cultus rectus Dei. e Et si pro vno articulo fidei resurrectionis, videatur religiosus locus in iure ciuili dictus, qui sepeliendis corporibus destinatur, f qui ⁊ nūc sacer inter Christianos, qui per episcopum consecratur ⁊ dedicatur. g Sunt ⁊ ædes E sacra, cultui diuino consecrata, religiosa dicta, h ⁊ habitantes in illis, religiosi nominati. Religiosum etiā est quod propter sanctitatem a vulgo sepositum ⁊ remotum est.

Sanctæ res sunt, ⁊ quæ ab iniuria hominum defensa atque munita sunt, h sancta: incorruptæ res, incontaminata: vnde sancti, qui integræ ⁊ irreprehensibilis fidei sunt atque probis moribus. i Sicque vt sunt gradus boni, ita ⁊ sanctitatis: ⁊ res aliqua alia sanctior. Vnde sanctissima Trinitas, sanctus Deus perfectissima sanctitate, ⁊ sancti alii in aliquo gradu, vt beatitudinis gradus plures, quemadmodum in domo Dei plures mansiones, m nouemque ordines Angelorum. n Est etiam vt plerumque, sanctum idem quod sacrum ⁊ religiosum: o vt contra sacrum, quod alioquin sanctum dictum. p Proprie quoque sanctum, quod ad curam Dei pertinet. q sed ⁊ sancti dicti professione religionis, ⁊ fidei, ⁊ non tantum ratione vitæ, ⁊ morum. Inde ⁊ bellū sacrum quod ob religionem initur.

## S C H O L I A.

a *l. i. de rer. diuis. P. vide qua diximus. libr. 1. Syntag. cap. 14.*

b *§. nullus. de rer. diuis. l. 1. §. quod autem, Et l. in tantum. 6. §. sacra res. de rerum diuis. Quamuis autē ex more antiquo Latinis dicantur, latiori diuisione, quædam res diuini, ⁊ publici iuris, esse ⁊ priuati cōmodi, vt apud Auson. in grypho. l. vt inter diuinū. 23. de Sacros. Eccles. capit. Et in l. 12. tabularum: publicum tamē ⁊ priuatum, sub humani iuris recte continentur mēbra.*

c *§. sacra res sunt, de rerum diuis. libr. 2. inst. tit. 1. l. in tantum 6. §. sacra, Et l. sacra loca 9. de rerum diuis. P. omne quod Dei dicitur, sacrum dicitur. Agennus in sine commentariis. ad Fulium Frontinū. Macro. 3. Satur. o. 3. Ex Trebatio sacrum appellabant Græci, quicquid præclarū ac vehementer eandem videri vellent, βουλὴν ἱερὰν, sacrum consiliū: ἱερὰν πόλιν, sacra ciuitatem, apud Aristidem ἱερὰν ἀγορὰν, sacram aneboram. Plutarchus etiā dixit in Pelopide, sacrum præsidium, abutq. in prouerbium, πρὸς ἐὶς τὸν οὐρανὸν ἔστιν ἱερὸν, ⁊ parū estimabili, ἔστιν ἱερὸν.*

- id est nihil sacri est, vt apud Theocritum A*  
*in Hodapericis ἀπὸ τοῦ καλῆς ἐπιφοῦν ἡμῶν*  
*ἔστι μὲν ἄδὲν ἰερόν, id est, Hæ dum igitur: si*  
*vis age iam deposito, quamquam nihil*  
*est facti.*
- d *Vt nos explicamus & causam damus, lib.*  
*33. Syntagma. can. 14. nu. 6.*
- e *l. 1. de Sum. Trin. C. erga Deum relig. l.*  
*2. de iust. & iur. in P.*
- f *l. in tantum. 6. religiosum. de Rer. diuis.*  
*P. §. religiosum, eodem titul. apud Iustini-*  
*nianum.*
- g *cap. consulisti de Consecrat. Eccles. vel al.*  
*ta. lib. 3. Decretal. tit. 40.*
- h *tit. de religiosis domibus.*
- i *Vide Gellium, lib. 4. cap. 9.*
- k *l. sanctum 8. de Rer. diuis. P. §. sancta quo-*  
*que res, eodem titulo apud Iustinianum.*
- l *c. de reliquiis & veneratione sanctorum.*
- m *D. Ioan. Euang. c. 14. vers. 2. vt stella dif-*  
*fert a stella in claritate, &c.*
- n *vide qua diximus in lib. de Angelis.*
- o *Macrob. lib. 3. Saturnal. cap. 3.*
- p *vt habetur in CC. in edicto, ne quid in loco*  
*sacr. P.*
- q *sic explicat Plato in Entiphronē seu de san-*  
*ctitate, nos hoc explicamus. libr. 33. Syn-*  
*tagm. c. 14. nu. 3. & 4.*

## CAP. IIII.

## Sacrarum rerum subdistingtio.

**S**acrarum, religiosarum, sanctarumq;  
 rerum species plures esse censentur, de  
 quibus Deo fauente ordine agemus. Nam  
 harum, Quædam sunt corporales, in qui-  
 bus spiritualia exercentur: vt templa, seu  
 ædes sacræ, altaria Deo consecrata, Quæ-  
 dam spirituales, quæ & spiritualem habēt  
 cultum, vt fides, sacramenta: Quædam quæ  
 ad corpora pertinent, quæ habent vel ha-  
 buerunt spiritum: qualia sacra *ἁγία* san-  
 ctorum, cœmeteria, quibus corpora Chri-  
 stianorum concluduntur, & res quæ per-  
 tinent ad viuos, xenodochia, aliaque pia  
 loca; indulgentiæ, ieiunia, vigiliæ Ecclesia-  
 sticæ, quibus excipiuntur sacræ festiuita-

tes, diuina officia seu processiones, Missæ  
 conciones, seu sacræ prædicationes, pri-  
 mitiæ, decimæ, oblationes, census, feuda,  
 bona temporalia, seu dedicationes Eccle-  
 siarum, ad nutriendos clericos, vel ad ne-  
 cessaria cultui diuino suppeditanda, vel ad  
 hospitalitatem exercendam, & iura supe-  
 riorum prælatorum exsoluenda.

Inter sancta enumerantur *b* portæ &  
 muri ciuitatum, ethnicis.

## CAPVT V.

## Humani iuris res.

**H**umani Iuris res erūt, d quæ hominum  
 & eorum vsus causa sunt, quarū Quæ-  
 dam communes omnium, Quædam pu-  
 blicæ, Quædam vniuersitatis, Quædam  
 singulorum. d

Iure naturali omnium communia sunt,  
 aër, aqua profluens, mare, littora, riparum  
 vsus. e

Vniuersitatis sunt non singulorū, quæ  
 in ciuitatibus sunt, theatra, stadia, & his si-  
 milia communia ciuitatum, seu inter ci-  
 ues, vel municipales.

Singulorū sunt, quæ cuique iuste quæ-  
 runtur, vel iure gentium vel ciuili. f

## SCHOLIA.

- a *tit. de sacrosanct. Eccles. c. de Immun. Ec-*  
*clesia. tit. de consecratio. Ecclesia & alta-*  
*ris. lib. 3. Decret. tit. 4. tota de Consecra-*  
*tione dist. 1.*
- b *l. sanctum est. 8. §. final. l. sacra loca 9. §.*  
*muros, & l. fin. de rer. diuis. P.*
- c *l. 2. de rer. diuis. P. §. 1. eod. titul. apud Iu-*  
*stinianum.*
- d *l. 2. §. 1. l. 4. §. de rer. diuis. §. 1. & quidem*  
*naturali iure, & §. riparum vsus, apud*  
*Iustinianum. eod. tit.*
- e *d. l. in tantum. 6. §. 1. de rer. diuis. P. §. vni-*  
*uersitatis, eod. tit. apud Iustinianum.*
- f *tractatur in l. 1. 2. 3. & sequentibus de ac-*  
*quirend. rer. domin. titul. 41. P. titul. 1.*  
*§. singulorum. de rer. diuis. apud Iu-*  
*stinianum.*

DE